I. PETRI MOLIGNATI
I. C. VERCELLEN.

Et pro Perilluſt. atq. Reuerendiſs. D. D. Marco Antonio
Vitia Epiſcopo Vercellen. et Comiti [illegible]ilantiſs.
Auditoris Generalis,

De Retentione, atq. inſiſtentia bonorum.

TRACTATVS.

Omnibus in foro verſantibus per quam vtilis, & neceſſarius.

VERCELLIS. Apud Franciſcum Bonatum.
M. D. XCIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

PERILLVSTRI ET R.^MO

D. D. MARCOANTONIO

VITIAE

EPISCOPO VERCELLENSI, ET COMITI, RELIGIOSISSIMO.

I. Petrus Molignatus I. C. Vercellen. & eiuſdem Reuerendiſs. Auditoris Generalis. S. P. D.

SOLEO mecum ſæpiſsime cogitare (Marce Antoni Reuerendiſs.) præclare illos facere, qui in eo elaborant, vt minuant poſteris diſcendi laborem. Nam quanquam (vt iam omnes feruent, ac feruntur ſcribendi ſtudio) non pauci ea producunt in lucem, quę tutius in tenebris ad nonum annum, quod de Cinna legitur, poterant cohiberi; nihilominus, vt ſua eſt etiã quisquiliarum vtilitas; ita nihil tam praue, aut præpoſtere exoratum, nihil tam puſillum eſſe puto, quod quæſticuli ali-

AD LAVDEM DEI

OMNIPOTENTIS,

AC BEATAE VIRGINIS MARIAE,

Nec non Sanctæ Catherinæ, cuius congregationi me toto corde dicaui, vtilis eſt & frequens materia Retentionis, vti reorum tertium remedium poſt compenſationem, & reconuentionem.

MEMINI (Benigniſsime Lector) nonnulla optima remedia in iure reperiri conceſſa infirmitati, ſeu oppreſsioni reorum, ad propulſandas actorum petitiones: inter quę illud primum remedium eſt, quod exceptio compenſationis appellatur, quo ceſſante ſolet recurri ad ſecundum remedium quod Reconuentionis dicitur, de quibus videlicet primò habetur per Tind. & Medic. in ſuis Compendiis huius materiæ: De ſecundo per Spec. ſub tit. de Reconu. Marant. in ſuo Spec. part. 4. 6. diſtinct. per doct. in auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc. c 1. & 2. de mut. petit, & ad plenum in meo Tractat. quem edidi de Reconuent, verùm quia adeſt, & tertium, quod nuſquam tactum legi apud Doctores ſub Compendio, vt eſt remedium illud,

DIRIGAT DOMINVS Verba mea, in viam Veritatis, & Iuſtitiæ.

1 TRACTATVRVS (DEO Optimo Max, adiuuante) de iure retentionis, & eius exceptione: operepræium fore duxi, antequàm vlterius progrediar, vt diſtinctè procedam, de diffinitione ipſius retentionis agendum eſſe; Eò quod, omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à diffinitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur: vt Iuriſconſ. meminit in l. 1. in princ ff. de iuſtit. & iur. dùm inquit, quod iuri operam daturus, prius noſce oportet, vnde nomen iuris deſcendat. Eſt igitur retentio, quędam iuris antiqui reſeruatio, nihil de nouo tribuens, vt ſumitur ex tex, in c. dudum, el 2. circa finem de ellectio, ibiq. Abas verſ. not. gl. fin. per quem tex. ita etiam Iacob. Puteus diffinit, deciſ. 430. num. 2, lib. 2. Alex. conſ. 83. num. 4. in fin. libr. 2.

2 VNde naſcatur ius retinendi quæritur, & reſpondetur, ab hypotheca naſci, idem in q firmat. Rub. Alex. conſil. 156. nu. 16. cum allegat. ſecun. Craue. in conſ. 327. nu. 405. ibi ęquè, & num. 407. probat. ex l. ſi inducta à ſenſu cōtrario, C. in quib. cauſ. pign. Bart. & alii in l. ſi non ſortem, §. ſi centum ff. de condict. indebit. & Bart. in l. ſi filio, §. ſi vir, ff. ſolut. matrim. Socin. conſ. 99. num. 9. libr. 1. & conſ. 90. nu. 11. lib. 4. vbi inferunt ad q. an colonus poſsit rem locatam iure hypothecę retinere pro obſeruātia locationis, de qua q. ſuo loco tradam; licet enim hic potuiſſem plura ſubiice-

I. PETRI MOLIGNATI
I. C. VERCELLEN.

Et pro Perilluſt. atq. Reuerendiſſ. D. D. Marco Antonio
Vitta Epiſcopi Vercellenſ. et Comiti vigilantiſſ.
Auditoris Generalis,

De Retentione, atq. inſiſtentia bonorum.

TRACTATVS.

PARS SECVNDA.

Omnibus in foro verſantibus per quam vtilis, & neceſſarius.

Ad Illuſt. D. Io. Baptiſtam Dardanonum.

VERCELLIS. Apud Franciſcum Bonatum.
M. D. XCIII.